atq; in uniuersa basan. usq; ad terminos gessuri et machathi. et dimidie partis galaad. ⁊ terminu seon regis esebon. Moyses famulus dñi. et filij isrl. percusserunt eos. Tradiditq; terram eorū moyses in possessionē rubenitis et gadditis. et dimidie tribui manasse. Hi sunt reges terre. quos percussit iosue et filij isrl. trans iordanem ad occidentalem plagam. a baalgath in campo lybani. usq; ad montem cuius pars ascendit i seir. Tradiditq; eam iosue in possessionē tribub; isrl. singulis partes suas. tam in montanis quam in planis. atq; in campestrib;. In asedoch et in solitudine ac in meridie etheus fuit et amorreus. chanaanēus et pherezeus. eueus ⁊ iebuseus. Rex iericho unus. Rex hay. que est ex latere bechel. unus. Rex ierlm. unus. Rex hebron. unus. Rex hierimoch. un. Rex lachis. unus. Rex eglon. unus. Rex gazer. unus. Rex daber. un. Rex gader. unus. Rex herma. unus. Rex herech. unus. Rex lebna. unus. Rex odolam. un. Rex maceda. unus. Rex bechel. unus. Rex taphua. unus. Rex apher. unus. Rex affech. unus. Rex saron. unus. Rex madon. unus. Rex asor. unus. Rex semeron. unus. Rex acsaph. un. Rex thenach. unus. Rex magedo. unus. Rex cedes. unus. Rex ta

chanaem carmeli. un. Rex doz et prouintie doz. unus. Rex gentium galga. unus. Rex thesa. unus. Omnes reges. triginta ⁊ iosue senex **XIII** unus. prouecteq; etatis erat. Et dixit dñs ad eum. Venisti. et longe uisus es. Terraq; latissima delicta est. que nec dum est forte diuisa. omnis uidelicet galylea. philistim et uniuersa gessuri a fluuio turbido qui irrigat egyptum usq; ad terminos accaron contra aquilonē. terra chanaan que in quinque regulos philistim diuiditur. gazeos et azorios. ascalonitas. getheos et accaronitas. Ad meridiem uero sunt euei. omnis terra chanaan. et maara sydonior usq; afecha. et terminos amorrei eius confinia. lybani quoq; regio contra orientem a baalgath sub monte hermon. donec ingreditaris emath. omnium qui habitabant in monte. a lybano usq; ad aqs maserephoth. uniuersiq; sydonij. Ego sum. qui delebo eos a facie filiorū isrl. Veniat ergo in partē hereditatis isrl. sicut p̄cepti tibi. Et nunc diuide terrā in possessionem nouē tribub;. et dimidie tribui manasse. cum qua ruben et gad possederant terram. quā tradidit eis moyses famulū dñi trans fluentia iordanis ad orientalem plagam. ab ardet que sita est in ripa torrentis arnon ⁊ in uallis medio. uniuersaq; cam

peftria medaba usq; ad dybon. & cunctas ciuitates seon regis amorei qui regnauit in esebon. usq; ad terminos filioy amon et galaad ad terminu gesuri & machathi: omnēq; montem hermon et uniuersam basan usq; ad salecha. omne regnu og in basan qui regnauit in astaroth et in edrai. Ipse fuit de reliquijs raphaim. Percussitq; eos moyses. atq; de leuit. Solueruntq; dispendere filij isrl' gesuri et machathi: et habitauerunt in medio isrl' usq; in presentem diem. Tribui aut leui non dedit possessionē: sed sacrificia et uictime dñi dei isrl'. ipsa est eius hereditas: sicut locutus ē illi. Dedit ergo moyses possessionem tribui filioy ruben. iuxta cognationes suas: fuitq; terminus eoz ab arder que sita ē in ripa torrentis arnon. et i ualle eiusdem torrentis media: uniuersam planticiem que ducit medaba et esebon. cunctosq; uiculos eay qui sunt in campestribz. dibon quocq; et bamothbaal. et oppidu baalmeon. et iessa et cedemoth. et mefeck. et cariathaim. et sabama. et sarachasar. in monte conuallis. bechpheoz et asedoch. m phalga. et becharsimoth. omnes urbes campestres. uniuersaq; regna seon regis amorei qui regnauit in esebon. que percussit moyses cum pncipibz madian. eueum et recen. et sur. et hur. et re

bee. duces seon habitatores terre. Et balaam filium beoz acrolum occiderunt filij isrl' gladio: cū ceteris interfectis. Factusq; est terminus filioy ruben: iordanis fluius. Hec est possessio rubenitarū p cognationes suas: urbium & uiculoy. Deditq; moyses tribui galaad et filijs eius p cognationes suas possessionē: cuius hec est diuisio. Terminus iazer et omnes ciuitates galaad. dimidiamq; partem terre filioy amon usq; ad arder que est contra rabba. & ab esebon usq; ad ramoth masphe. et bachanin. et manaim usq; ad terminos dabit. in ualle q; becharan. et bechnemra & socroth. et saphan. reliqua partē regni seon regis esebon. Huius quoq; finis iordanis est: usq; ad extremā partem maris cenereth trās iordanē. ad orientalem plagam. Hec est possessio filioy gad. p familias suas: ciuitates et uille eay. Dedit et dimidie tribui manasse filijsq; eius iuxta cognationes suas possessionem: cuius hec principium ē. A manaim uniuersam basan. et cuncta regna og regis basan. omnesq; uicos iayr qui sunt in basan sexaginta oppida. et dimidiam partem galaad. et astaroth et edrai. urbes regni og in basan. Filij machir filij manasse dimidie parti filioy machir. iuxta cognationes suas. hanc possessionē diuisit moyses

in campesrib; moab trans ior-
 danē contra iericho: ad orien-
 talem plagam. Tribui autē leui
 nō dedit possessionē; qm̄ dñs dñs
 isrl̄ ipse est possessio eius: ut lo-
 cutus est illi. **XIII**
Hoc est qd̄ possederūt filij isrl̄
 in terra chanaan. quā dederunt
 eis eleazar sacerdos et iosue fili-
 min et principes familiay p̄ tri-
 bus isrl̄ sorte om̄ia diuidentes.
 sicut precepit dñs ī manu moy-
 si: nouem tribub; et dimidie tri-
 bui. Duab; enī tribub; et dimi-
 die tribui dederat moyses trans
 iordanē possessionē; absq; leui-
 tis qui nichil terre acceperunt
 inter fr̄es suos: sed in eorū suc-
 cesserunt locum filij ioseph in
 duas diuisi tribus. manasse et
 effraim. Hec acceperunt leuite a-
 liam partem in terra: nisi ur-
 bes ad habitandū. et suburba-
 na eorū ad alenda iumentā et pe-
 cora sua. Sicut preceperat dñs
 moȳsi. ita fecerunt filij isrl̄. et
 diuiserunt terrā. Accesserūt ita-
 q; filij iuda ad iosue: ī galgalis.
 locutusq; est ad eum caleb fili-
 iephonē: cenezēus. Aosti quid
 locutus sit dñs ad moysen homi-
 nem dei de me et de te: in cades
 barne. Quadraginta annorū e-
 ram: quando misit me moyses
 famulus dñi de cades barne. ut
 considerarem terrā. Nuntiauiq;
 ei: qd̄ michi uerum uidebatur.
 Fr̄es autē mei qui ascenderant

meū. dissoluerunt cor popli; et
 nichilominus ego secutus sum
 dñm dñm meū. Iurauitq; moysē
 in die illo: dicens. Terra quam
 calcauerit pes tuus. erit possessio
 tua et filiorū tuorū in eternū: q̄a
 secutus es dñm dñm tuum. Con-
 cessit ergo dñs uitam in sicut pol-
 licitus est: usq; in p̄sentē diem.
 Quadraginta et quinque annū
 sunt. ex quo locutus ē dñs uerbū
 istud ad moysen: quando ambu-
 labat isrl̄ p̄ solitudinem. Hodie
 octoginta quinque annorū sūt: sic
 ualens ut eo ualebam tempore
 quando ad explorandū missus
 sum. Illius in me temporis forti-
 tudo usq; hodie p̄seuerat: tam
 ad bellandum quā ad gradien-
 dum. Da ergo michi montem
 istū quem pollicitus est dñs te
 quoq; audiente: in quo enachim
 sunt. et urbes magne atq; mu-
 nite: si forte sit dñs mecum. et
 potero delere eos. sicut p̄misit
 m̄. Benedixitq; et iosue: et tra-
 didit ei hebron in possessionem.
 Atq; ex eo fuit hebron caleb fi-
 lio iephonē cenezēo usq; in pre-
 sentem diem: quia secutus est
 dñm dñm isrl̄. Nomen hebron:
 antea uocabatur cariatharbē.
 Adam maximus: ibi in terra e-
 nachim situs ē. Et t̄ra cessauit
Igitur fors filiorū **XV** a plus.
 iuda p̄ cognationes suas: ista
 fuit. A termino edom desertum
 syn̄ contra meridiem: et usq;

ad extremā partem australis
 plage. Initium eius: a summitate
 maris salissimi et a lingua eius.
 que respicit meridie. Egreditur
 q̄ contra ascensum scorpionis. et
 p̄transit in hyna. ascenditq̄ in
 cades barne. et puenit in ebron.
 ascendens a dara et circuiens ca
 ricaa. atq̄ inde p̄transiens in a
 semona. et pueniens ad torrentē
 egypti. Cruntq̄ termini ei: ma
 re magnū. Hic erit finis meridi
 ane plage. Ab oriente uero erit
 initium mare salissimū. usq̄ ad
 extrema iordanis et ea que respi
 ciunt aquilonem: a lingua mari
 usq̄ ad eundem iordanis fluuiū.
 Ascenditq̄ terminus in becha
 gla. et p̄transit ab aquilone in
 becharaba. ascendens ad lapidē
 boen filij ruben. et tendens usq̄
 ad terminos debira. de ualle achor
 contra aquilonē. respiciens gal
 gala que est ex aduerso ascensio
 nis adomim ab australi parte
 torrentis. Transitq̄ aquas que
 uocantur fons solis: et erit ex
 nus eius ad fontem rogel. Ascen
 ditq̄ p̄ conuallē filij ennon: ex
 latere iebusei. ad meridiem. Hec
 est iherlm. Et inde se erigens ad
 uerticem montis qui est contra
 gehennon ad occidentē: in sum
 mitate uallis raphaim contra
 aquilonē. P̄transitq̄ a uertice
 montis usq̄ ad fontem aque nep
 thoa. et puenit usq̄ ad uicos
 montis ephron. Inclinatq̄ i

bala que est cariatharim id est
 urbs siluarū. et circuit de bala cō
 tra occidentē usq̄ ad montē seyr.
 Transitq̄ iuxta latus montis ia
 rim ad aquilonem in cheslon: et
 descendit in bechames. Transit
 q̄ in thanna: et puenit contra
 aquilonē partis accaron ex late
 re. Inclinatq̄ secrona: et tran
 sit montem bala. p̄uenitq̄ in
 gebneel: et maris magni contra
 occidentē fine concluditur. Hi
 sunt termini filioꝝ iuda p̄ circui
 tum: in cognationib; suis. Caleb
 uero filio iephone dedit partem
 in medio filioꝝ iuda. sicut p̄parat
 et dñs: cariatharbe pars enach.
 Ipsa est hebron. Deleuitq̄ ex ea
 caleb tres filios enach: setai. et
 achiman. et tholmai. de stirpe e
 nach. Atq̄ inde conscendens ue
 nit ad habitatores dabit: que p̄
 us uocabatur cariathsepher. id
 est ciuitas litterarum. Dixitq̄
 caleb. Qui percussit cariathse
 pher. et cepit eam: dabo illi ax
 am filiam meā. uxorem. Cepitq̄
 eam odoniel filius tenez: frater
 caleb iunior. Deditq̄ ei axam
 filiam suā. uxorem. Qui cū p̄ge
 ret simul. suasiť ei uir suus: ut
 peteret a patre suo agrum. Sus
 pirauitq̄ ut sedebat in asino. m.
 Cui caleb. Quid habes inquit.
 At illa respondit. Da michi bene
 dictionē. Terrā australem ⁊ aren
 tem dedisti m̄: iunge et irriguam.
 Deditq̄ ei caleb irriguū superius.

et inferius. Hec est possessio tribus
 filiorum iuda: per cognationes suas.
 Crantque ciuitates ab extremis
 partibus filiorum iuda iuxta termi-
 nos edom a meridie: capsehel.
 et eder. et iagur. et cina. et dimo-
 na. et adada. et cedés. et azor. et
 iethnan. ziph. et thelem. et ba-
 loth. et asor noba. et carioth.
 esrom. hec est asor. aman. same.
 et molada. et aser. gadida. et a-
 semon. bechphelēth. et asersual.
 et bersabee. et baziothia. et ba-
 la. et hym. esem. et herholad. et
 exul. et herma. et liceleg. et me-
 demena. et sesenna. et lebaoth.
 et selim. ethaim. remon. Omnes
 ciuitates triginta nouem: et
 uille earum. In campēstribus uero:
 estaol. et saraa. et asena. et za-
 noe. et engannim. thaphua. et
 enaim. et ierimoth. adulam.
 socco. et azecha. et sarim. et adi-
 thaim. et gedara. et giderothaim.
 urbes quatuordecim et uille ea-
 rum. Sanan. et adesa. et mag-
 dalgad. delem. et mespha. et ie-
 chel. lachis. et baschat. et eglon.
 rebbon. et lecmas. et cethlis. et
 gideroth. et bechagon. et naama.
 et maceda: ciuitates sedecim et
 uille earum. Lambana. et ether. et
 asan. et ieptha. et esna. iessia. et
 nesib. ceila. et aczib. et maresa:
 ciuitates nouem et uille earum.
 Accaron: cum uicis et uillulis
 suis. Ab accaron usque ad mare:
 omnia que uergunt ad azotum

et uiculos eius. Azotus cum uicis
 et uillulis suis. Gaza: cum uicu-
 lis et uillulis suis. Usque ad tor-
 rentem egypti et mare magnum:
 terminus eius. Et in monte sa-
 mir. et gether. et socho. et edenna.
 et cariathsanna. hec est dabir. a-
 nab. et hystemo. et anim. gosen.
 et elon. et gilo: ciuitates unde-
 cim et uille earum. Arab. et ruma.
 et asaan. et ramim. et bechafua.
 et aseta. et azmatha. et caria-
 tharbe. hec est hebron. et syor:
 ciuitates nouem et uille earum.
 Shaon. et charmel. et ziph. et io-
 thae. ierahel. et zuicadam. et za-
 noe. acchaim. et gabaa. et than-
 na: ciuitates decem et uille earum.
 Alul. et bechsur. et gedor. marach.
 et bechanoth. et herhecen: ciui-
 tates sex et uille earum. Cariath-
 baal. hec est cariatharim urbs sil-
 uarum. et areba: ciuitates due.
 et uille earum. In deserto. bechara-
 ba. medim. et sabacha. nepfan. et
 ciuitas salis. et engaddi: ciuita-
 tes sex et uille earum. Jebuseum
 autem habitatores iherusalem: non
 potuerunt filii iuda delere. Ha-
 bitauitque rebuseus cum filiis iuda
 in iherusalem: usque in presentem diem.
Ceciditque foris **XVI**
 filiorum ioseph ab iordane con-
 tra iericho. et ad aquas eius ab
 oriente solitudo que ascendit de
 iericho ad montana bechel: et
 egreditur de bechel luzam. tran-
 sicut terminum archatharoth. et

descendit ad occidentē iuxta terminū ieflechi. usq; ad terminos beheron inferioris. et gazer. Finiunturq; regiones eius mari magno. Quas possederunt filii ioseph: manasses et effraim. Et factus ē terminus filiorum effraim p cognationes suas. et possessio eorum contra orientem: astaroth. addar. usq; beheron superiorem. egrediunturq; confina ī mare. Machinathath uō aquilonem respicit. et circuit terminos cōtra orientem in thanathsylo: et p̄t̄n̄ sit ab oriente ianoē. Descenditq; de ianoē in ataroth ⁊ noaratha: et puenit in iericho. Et egredit̄ ad iordanē de rassa: p̄transitq; contra mare in uallem harundineti. Sinitq; egressus eius: ad mare salissimum. Hec est possessio tribus filiorum effraim. p̄ familias suas: urbesq; separate sunt filii effraim. ī medio possessioni filiorum manasse. et uille earū. Et nō interfecerūt filii effraim chanaanē: qui habitabat ī gazer. Habitauitq; chanaanēus in medio effraim usq; in diem hanc:

Contributarius. **XVII.**
 Cecidit autē sortis tribui manasse. ipse enim est p̄mogenitus ioseph. machir. p̄mogenito manasse patri galaad. qui fuit uir pugnator: habuitq; possessionē galaad et basan: et reliquis filiorum manasse iuxta familias suas. filii abrezet. et filii helech. ⁊ fi-

lius hezrihel. et filius sychen. et filius epher. et filius semida. Isti sunt filii manasse filii ioseph: mares p cognationes suas. Salphaad uero filio epher. filii galaad. filii machir. filii manasse. nō erant filii. sed sole filie: quarū ista sunt nomina. Maala. ⁊ noa. et egla. et melcha. et therfa. Veniuntq; in conspectu eleazari sacerdotis et iosue filii nun. ⁊ p̄ncipum: dicentes. Dñs precepit p̄ manū moysi: ut daretur nobis possessio in medio fr̄m nr̄orū. Deditq; eis iuxta impium dñi possessionē: in medio fr̄m patris eorum. Et ceciderunt fomiculi manasse decem: absq; terra galaad et basan. transiordanem. Filie enī manasse: possederunt hereditatē in medio filiorum eius. Terra autē galaad cecidit in sortem filiorum manasse: qui reliqui erant. Fuitq; c̄minis manasse. ab aser machinathath que respicit sychen: et egreditur ad dexteram iuxta habitatores fontis taphue. Crenī in sorte manasse ceciderat terra taphue: que est iuxta terminos manasse. et filiorum effraim. Descenditq; terminus uallis harundineti. in meridie torrentis ciuitatū effraim: que ī medio sunt urbū manasse. Terminus manasse ab aquilone torrentis. et exitus eius pergit ad mare: ita ut possessio effraim sit ab austro. et ab aquilone ma-

nasse: et utramque claudit mare.
Et coniunguntur sibi in tribu
 aser ab aquilone: et in tribu y
 sachar ab oriente. **F**uitque heredi
 tas manasse in ysachar et i aser.
 berthsaan et uiculis eius: et gebla
 am cum uiculis suis: et habitatores
 dor cum oppidis suis: habitato
 res quoque endor cum uiculis suis;
 similiterque habitatores thanath
 cum uiculis suis. et habitatores
 magedo cum uiculis suis: et ter
 cia pars urbis nopheth. **N**ec
 potuerunt filii manasse. has ci
 uitates subire: sed cepit cha
 naneus habitare in terra ista.
Postquam autem conualuerunt filii
 israhel: subiecerunt chananeos et
 fecerunt sibi tributarios. nec in
 terfecerunt eos. **L**ocutique sunt
 filii ioseph ad iosue: atque dice
 runt. **Q**uare dedisti in terra in
 possessione fortis et fimeculi uni.
 cum sim tante multitudinis et be
 nedixit in dominus. **A**d quos iosue ait.
Si populus multus es. ascende in
 siluam. et succide tibi spacia in
 terra pherezei et raphaim: quia
 angusta est tibi possessio montis
 effraim. **C**ui responderunt filii
 ioseph. **N**on poterimus ad mon
 tana conscendere: cum ferreis cur
 ribus utantur chananei. qui ha
 bitant in terra campestri: in
 qua site sunt bersan cum uiculis
 suis. et iezrahel mediam possi
 dens uallem. **D**ixitque iosue ad
 domum ioseph: effraim et ma

nasse. **P**opulus multus es: et mag
 ne fortitudinis. **N**on habebis
 fortem unam: sed transibis ad mo
 tem. et succides tibi atque purga
 bis ad habitandum spacia: et
 poteris ultra procedere. cum sub
 uerteris chananeum. quem dicitis
 ferreos habere currus. et esse for

Capitulum **XVII**
Congregatique sunt omnes filii
 israhel in hyslo. **I**bique fixerunt taber
 naculum testimonij: et fuit eis
 terra subiecta. **R**emanserunt autem
 filiorum israhel septem tribus: que nec
 dum acceperant possessiones suas.
Ad quos iosue ait. **U**squequo mar
 cetis ignauia. et non intratis ad
 possidendam terram. quam dominus
 deus patrum uestrorum dedit uobis.
Congregate de singulis tribubus: et nos
 uiros: ut mittam eos. et pergant
 atque circueant terram. et descri
 bant eam iuxta numerum uni
 cuiusque multitudinis: referantque
 ad me quod descriperint. **D**iuidite
 uobis terram: in septem partes.
Judas sit in terminis suis ad au
 stralem plagam: et domus ioseph
 ab aquilone. **M**ediam inter hos
 terram: in septem partes descri
 bite. **E**t huc uenietis ad me. ut
 coram domino deo uestro mittam uobis
 hic fortem: quia non est inter uos
 pars leuitay: sed sacerdotum
 domini est eorum hereditas. **G**ad autem
 et ruben et dimidia tribus ma
 nasse. nam acceperant possessiones
 suas trans iordanem. ad orienta

lem plagam: quas dedit eis moyses famulus dñi. Cumq; surrexissent utri. ut pgerent ad describendam terram. pcepit eis iosue. dicens. Circuite terrā et describite eam. ac reuertimini ad me: ut hic coram dño deo urō in sylo mittā uobis sortē. Itaq; prexerunt. et lustrantes eam i septem partes diuiserunt. scribentes in uolumine. Reuēsiq; sūt ad iosue: in castra sylo. Qui misit sortes coram dño in sylo. diuisitq; terram filijs isrl. in septem partes. Et ascendit sors prima filioz beniamin p familias sua: ut possiderent terrā inter filios iuda et filios ioseph. Fuitq; terminus eoz contra aquilonē. ab iordane pgens iuxta latus iericho septentrionalis plage: et inde contra occidentē ad montana conscēdens. et pueniens ad solitudinē bethauen: atq; ptransiens iuxta luzam ad meridiem. ipsa est bethel. Descenditq; in atharoth adar. in montē qui est ad meridiē betheron inferioris: et inclinac circuiens contra mare. ad meridiem montis qui respicit betheron contra affricum. Suntq; termini eius in cariathbaal que uocatur et cariathiarim: urbem filioz iuda. Hec est plaga contra mare ad occidentem. A meridie autē ex parte cariathiarim egreditur terminus contra mare: et puenit usq; ad fontē aquarū nep

thoa. Descenditq; in partē montis que respicit uallem filioz ennon: et est contra septentrionalē plagam. in extrema parte uallis raphaim. Descenditq; gehemon id est uallis ennon. iuxta latus ieribusei ad austrum. et puenit ad fontem rogel. transiens ad aquilonē. et egrediens ad ensimes id ē fontem solis: et ptransit usq; ad tumulos qui sunt e regione ascensus adomym. Descenditq; ad abenboen id est lapidem boen filij ruben. et ptransit ex latere aquilonis ad campeltria. Descenditq; in planitiem: et ptergreditur contra aquilonē bethagla. Suntq; exitus eius contra linguā maris salissimi ab aquilone. in finem iordanis ad australem plagā: que est terminus illius ab oriente. Hec est possessio filioz beniamin p terminos suos in circuitu: et familias singulas. Fueruntq; ciuitates eius. iericho. et bethagla. et uallis casis. betharaba. et samar. et bethel. et auin. et affara. et ofra. uilla emona. et offin. et gabee: ciuitates duodecim et uille earū. Gabaon. et rama. et betheron. et mesphe. caphera. et amoia. et recen. iarafel. et tarela. et sela. heleph. et iebus. que ē ierlm. gabaath. et cariath: ciuitates quatuordecim et uille earū. Hec est possessio filioz beniamin: iuxta familias suas. **XIX** Et egressa est sors scda filioz



44
 symeon: p cognationes suas. fu-
 itq; hereditas eoz in medio pos-
 sessionis filioz iuda: berfabee.
 et sabee. et molada. ⁊ asersual
 bala. et asem. et heltholath. et
 bethularma. et sichelech. ⁊ beth
 marchaboth. asersusa. et bechle
 baoth. et sarohem: ciuitates tre-
 decim. et uille eaz. Ain. et rem-
 mon. et athar. et alam: ciuita-
 tes quatuor. et uille eaz. Om̄s
 uiculi p circuitum istaz urbiū
 usq; ad balath. berramech. cō-
 tra australem plagam. Hec ē
 hereditas filioz symeon iuxta
 cognationes suas i possessione
 et funiculo filioz iuda. q̄a ma-
 ior erat: et idcirco filij symeon
 possederunt in medio heredita-
 tis eoz. Ceciditq; sors tertia fi-
 lioz zabulon: p cognationes su-
 as. Et factus est terminus pos-
 sessionis filioz zabulon: usq; sa-
 rith. Ascenditq; de mari ⁊ meda-
 la. ac puenit in delbalech: usq;
 ad torrentē qui est contra ieco-
 nan. Et reuertitur de sarith cōtra
 orientem in fines ceselech. tha-
 boz: et egreditur ad daberech.
 Ascenditq; contra iasie: ⁊ inde
 ptransit ad orientalem plagā
 gethefer. et thacasin. et egredi-
 tur in remon. amphar. et noa:
 et circuit ad aquilonē. ⁊ nachon.
 Suntq; egressus ei uallis gep-
 thael. et cathet. neamai. et naa-
 lol. et semron. et iedula. ⁊ beth-
 leem: ciuitates duodeci. et uille

eaz. Hec est hereditas tribus za-
 bulon p cognationes suas: ur-
 bes et uiculi eaz. Ysachar egre-
 sa est sors quarta: p cognatōes
 suas. fuitq; eius hereditas. iez-
 rahel. et cataloch. et simen. et
 affram. et leon. et anaarath. ⁊
 rabich. et cefion. habes. et ra-
 meth. ⁊ enganin. et enada. et
 bechferes: et puenit terminus
 eius. usq; thabor. et seefima. et
 bechlamēs. Cruntq; exitus ei?
 iordanis ciuitates sedecim. et
 uille eaz. Hec est possessio filioz
 ysachar p cognationes suas: ur-
 bes et uiculi eaz. Ceciditq; sors
 quinta tribui filioz aser: p cog-
 nationes suas. fuitq; terminus
 eoz alchath. et acli. et bechen.
 et axaph. et elemelech. et ama-
 ad. et mesal. et puenit usq; ad
 carmelum maris et syoz. laba-
 nath: ac reuertitur contra orien-
 tem bechagon. et ptransit usq;
 zabulon et uallem gepthael. cō-
 tra aquilonem in bechemech. et
 ueihel. Egrediturq; ad leuam
 cabul. et achran. et roob. et om-
 mon. et chaue: usq; ad sydonē
 magnā. Reuertiturq; in hormā.
 usq; ad ciuitatē munitissimā ty-
 rum. et usq; osa. Cruntq; exitus
 eius in mare de funiculo aczba.
 et amma. ⁊ affech. et roob: ciui-
 tates uiginti due. et uille eaz.
 Hec est possessio filioz aser per
 cognationes suas: urbes et ui-
 culi eaz. filiozq; neptalim sex

ta sois cecidit p familias suas: et cepit terminus de heleph. et helon. in sammaim. et adamit. que est necéb. et iebnahel. usq; lecum. Et egressus eoz usq; ad iordanem. reuertiturq; terminus contra occidentem. in haznoth. thabor. Atq; inde egreditur in hucora. et ptransit in zabulon contra meridiem. et in aser cont' occidentem. et in iuda ad iordane[m] contra ortum solis: ciuitates munitissime. asedim. ser. et ammad. et rechath. cenereth. et edema. et arama. asoz. et cedés. et edrat. nasoz. et ieron. et maddahel. ozem. et berthanath. et berthames: ciuitates decem et nouem. et uille eaz. Hec e possessio tribz filioz neptalim p cognationes suas: urbes et uiculi eaz. Tribu filioz dan p familias suas: egressa est sois septima. Et fuit terminus possessionis eius. saraa. et estaol. et hairsemes. id e ciuitas solis. seletin. et ayalon. et iethela. helon. et themna. et achron. helrecen. et iebtron. et baalath. iud. et benebarach. et geth. remmon. atq; iercon. et arecon. cu termino qui respicit ioppen: et ipso sine concluditur. Ascenderuntq; filij dan: et pugnaverunt cotra lesen. Cepuntq; eam. pculseruntq; eam in ore glady. et possederunt: et habitauerunt in ea: uocantesq; nom' eius lesendan. ex nomine dan patris sui. Hec est

possessio tribus filioz dan p cognationes suas: urbes et uiculi eaz. Cumq; compleset terram sorte diuidere singulis p tribus suas: dederunt filij isrl' possessio[n]em iosue filio nuni i medio sui iuxta pceptum dñi: urbem qua postulauit thannasara i monte effraim. Et edificauit ciuitate[m]: habitauitq; in ea. Hec sunt possessiones quas sorte diuiserunt. eleazar sacerdos. et iosue filius nun. et principes familiaru ac tribuu filioz isrl' in sylo coram dño. ad ostiu tabnaculi testimonij: partitiq; sunt terra. **XX**

Qu locutus e dñs ad iosue: dicens. Loquere filijs isrl': et dic eis. Separate urbes fugitiuoru. de quib; locutus sum ad uos p manu moyfi. ut confugiat ad eas quicunq; animam pculserit nes eius: et possit euadere iram primi qui ultor est sanguinis: cu ad unam harum confugerit ciuitatu. Stabitq; ante portam ciuitatis: et loquetur seniorib; urbis illius. ea que se comprobet innocentē. Sicq; suscipient eu: et dabunt ei locum ad habitandu. Cumq; sanguis ultor eu fuerit psecutus. no tradent in manus eius: quia ignorans pculsit proximu eius: nec ante bidnu triduu ue eius pbabitur inimicus. Et habitabit in ciuitate illa donec stet ante iudiciu. causam reddens facti sui: et mo

natur sacerdos magni qui fuit
in illo tempe. Tunc reuertetur ho
micida: et ingredietur ciuitate
et domu suam. de qua fugerat.
Decreueruntq; cedes i galylea
montis neptalim. et sychem in
monte ephraim. et cariatharbe:
ipa est hebron. in monte iuda.
Et trans iordanem contra orien
talem plagam iericho: statue
runt bosor que sita est in cam
pestru solitudine de tribu ru
ben. et ramoth in galaad. de
tribu gad. et gaulon in basan
de tribu manasse. Hec ciuita
tes constitute sunt cunctis fili
is isrl. et aduenis qui habita
bant inter eos: ut fugeret ad
eas qui animam nescius percussit.
et no moreretur i manu prumi.
effusum sanguinem uindicare cu
pientis: donec stare ante po
plm. expositurus causam sua.

Accesseruntq; pn **XXI**
Accipes familiarum leui ad ele
azar sacerdotem. et iosue filiu
nun. et ad duces cognationu p
singulas tribus filioy isrl. Lo
cutiq; sunt ad eos in sylo terre
chanaan: atq; dixerunt. Dns
pcepit p manu moysi: ut dare
tur nobis urbes ad habitandu.
et suburbana eay ad alenda ui
menta. Dederuntq; filij isrl de
possessionib; suis iuxta impu
dnti: ciuitates et suburbana eay.
Egressaq; e fors i familia chaath
filioy aaron sacerdotis de tribub;

iuda et symeon. et beniamin: ci
uitates tredecim. Et reliqs filij
chaath id est leuitis qui supue
rant: de tribub; effraym. et dan.
et dimidie tribus manasse. ciui
tates decem. Porro filius gerson
egressa e fors. ut accipent de tri
bub; ysachar. et aser. et neptali.
dimidiaq; tribu manasse i basan:
ciuitates numero tredecim. Et
filij merari p cognatones suas.
de tribub; ruben et gad et zabu
lon: urbes duodeci. Dederuntq;
filij isrl leuitis ciuitates et subur
bana eay. sicut pcepit dns per
manus moysi: singuli sorte tri
buentes. De tribub; filioy iuda
et symeon. dedit iosue ciuitates.
quaz ista sunt nota. filijs aaron:
p familias chaath leuitici genis.
Prima eni fors illis egressa est:
cariatharbe patris enach. que
uocatur hebron i monte iuda. et
suburbana eius p circuitu. Agro
uo et uillas eius: dederat caleb
filio iephone ad possidendu. De
dit ergo filius aaron sacerdotis.
hebron confugy ciuitate. ac sub
urbana eius. et lebna cu subur
banis suis. et iecher. et isthimon.
et helon. dabit. et ain. et iechan.
et berhsames cu suburbanis suis.
ciuitates nouem. de tribub; ut
dictum e duab; De tribu aute
filioy beniamin: gabaon. et ga
bee. et anathot. et almon cum
suburbanis suis. ciuitates qua
tuor. Omis simul ciuitates fili

oz aaron sacerdotis tredecim: cū suburbanis suis. Reliquis uō p familias filioꝝ caath leuitici generis: hec est data possessio. De tribu effraim. urbs confugij sychem cū suburbanis suis in monte effraym: et gazer. et cebsaym. et betheron cū suburbanis suis. ciuitates quatuor. De tribu quoqꝫ dan. helthete. et gelberhon. ⁊ aialon. et gethrēmon. cū suburbanis suis: ciuitates quatuor. Porro de dimidia tribu manasse: thanach. et gethrēmon. cū suburbanis suis. ciuitates due. Om̄s ciuitates decem et suburbana earꝫ: date sunt filijs caath. inferioris gradus. filijs quoqꝫ gerson leuitici gen̄is: dedit de dimidia tribu manasse confugij ciuitatē. gaulon ī basan. et bofram. cū suburbanis suis. ciuitates duas. Porro de tribu ysaachar: chelion. et declabirath. ⁊ irimoch. et enganim cū suburbanis suis. ciuitates q̄tuor. De tribu autē aser: masal. et abdon. et cleath. et roob cū suburbanis suis. ciuitates quatuor. De tribu quoqꝫ neptalim: ciuitatem confugij cedes in galylea. et amodor. et carthan cū suburbanis suis. ciuitates tres. Om̄s urbes familiarꝫ gerson tredecim: cū suburbanis suis. filijs autē merari leuitis inferioris gradus. p familias suas data ē de tribu zabulon. ietheram. et cartha. et demna. ⁊ nalol. ciuitates quatuor. cū sub

urbanis suis. De tribu gad: ciuitatem confugij. ramoth ī galaad. et manaim. et esebon. et tazer. ciuitates quatuor. cū suburbanis suis. De tribu ruben ultra iordanē contra iericho: ciuitatē refugij. bosoz in solitudine. et tazer. et techson. et maspha. ciuitates quatuor. cū suburbanis suis. Omnes urbes filioꝝ merari p familias ⁊ cognationes suas: duodeci. Itaqꝫ uniuise ciuitates leuitay in medio possessionis filioꝝ isrl̄. fuerūt quadraginta octo cū suburbanis suis: singule p familias distribute. Deditqꝫ dñs d̄s isrl̄ omnem terrā quam traditurum se patribꝫ eoz uitauerat: et possederunt illam. atqꝫ habitauerūt in ea. Baraqꝫ est ab eo pax: in om̄s p circuitum nationes. Nullusqꝫ eis hostiū resistere ausus ē: sed cuncti in eoz ditionē redacti sūt. Ne unū quidē uerbū quod illis prestiturū se ēē promissat irritū fuit: sed rebꝫ completa sunt oīa.

Quodē tempore uo **XXII**
 cavit iosue rubenitas ⁊ gadditas et dimidiā tribū manasse: dixitqꝫ ad eos. fecistis om̄ia que uobis pcepit moyses fam̄ls dñi. in quoz in omnibꝫ obedistis: nō reliquistis fr̄es ur̄os longo tempore usqꝫ in p̄sentem diem. custodientes imp̄iū dñi dei ur̄i. Quia igitur dedit dñs d̄s ur̄ fratribꝫ ur̄is quietem ac pacem sicut pollicitus est: reuertimini et ite in tabnaculo

la ur̄a. et in terrā possessionis ur̄e
quā tradidit uobis moyses fa-
mulus dñi transiordanem; ita
dumtaxat. ut custodiatis atten-
te et opere compleatis mandatū.
et legem quā precepit uob moy-
ses famulus dñi. ut diligatis
dñm dñm ur̄m. et ambuletis in
omnib; uis eius. et obseruetis
mandata illius. adhereatisq; ei.
ac seruiatis in omni corde et in
omni aīa ur̄a. **Benedixitq; eis**
iosue: et dimisit eos. **Qui reu-**
si sunt in tabnacula sua. **Tri-**
bui autē manasse dimidie. pos-
sessionē moyses dederat in ba-
san: et idcirco medie que sup
fuit dedit iosue sortem inter
ceteros fr̄es suos transiorda-
nē. ad occidentalē plagā. Cūq;
dimitteret eos in tabnacula
sua. et benedixisset eis: dixit
ad eos. **In multa substātia atq;**
diuitijs reuertimini ad sedes ur̄a:
cū argento et auro. ere ac ferro.
et uestre multiplici. **Diuidite p̄-**
dam hostiū: cum fr̄ib; ur̄is. **Re-**
uersiq; sunt et abierunt filij ru-
bēn. et filij gad. et dimidia trib;
manasse a filiis isrl̄. de sylo que-
sita est in chanaan. ut intrarēt
galaad terrā possessionis sue:
quā obtinuerant iuxta impiū
dñi in manu moysi. **Cumq; ue-**
nissent ad tumulos iordanis in
terrā chanaan: edificauerunt
iuxta iordanem altare infinite
magnitudinis. **Qd̄ cū audissent**

filij isrl̄. et ad eos certi nuntij de-
tulissent edificasse filios ruben
et gad et dimidie trib; manasse
altare in terra chanaan. sup ior-
danis cumulos contra filios isrl̄:
conuenerunt om̄s in sylo. ut ascē-
derent et dimicaret contra eos.
Et interim miserunt ad illos in
terrā galaad. phinees filiū elea-
zari sacerdotem: et decē p̄ncipes
cum eo. singulos de singulis tri-
bub;. **Qui uenerūt ad filios ruben**
et gad. et dimidiā trib; manasse
in terra galaad: dixeruntq; ad
eos. **Hec mandat omnis popl̄s**
dñi. **Que est ista transgressio?**
Cur reliquistis dñm deum isrl̄.
edificantēs altare sacrilegū. et
a cultu illius recedentes? **An pa-**
rum uobis est qd̄ peccastis ī be-
elphégor. et usq; in p̄sentem di-
em macula illius sceleris ī uo-
bis p̄manet. multiq; de popl̄o
corruerunt. **Et uos hodie dere-**
liquistis dñm: et cras in uniu-
sum isrl̄ ira eius defleuet. **Qd̄**
si putatis imundam eē terrā
possessionis ur̄e; transite ad ter-
ram in qua tabnacuū dñi ē.
et habitate inter nos: tantū ut
a dño non recedatis et a nostro
consortio. edificato altari preter
altare dñi dei nr̄i. **Nōne achan**
filius zare p̄terit mandatum
dñi. et sup omnē ppl̄m isrl̄ ira ei
incubuit. **Et ille erat unus ho-**
mo: atq; utinā perisset solus ī
scelere suo. **Responderūtq; filij**

ruben et gad et dimidia tribu manasse: principibus legationis israel. fortissimus dominus deus ipse nouit. et israel simul intelliget; si puaricationis animo hoc altare construximus. non custodiat nos sed puniat in presenti. Et si ea mente fecimus. ut holocausta et sacrificium et pacificas uictimas super eo imponeremus. ipse querat et iudicet: et non ea magis cogitatione atque tractatu. ut diceremus. Cras dicent filii uiri: filii nostri. Quid uobis et domino deo israel? Terminum posuit dominus inter nos et uos o filii ruben et filii gad. iordanem fluum: et idecirco partem non habetis in domino. Et per hanc occasionem: auerterent filii uiri filios nostros a timore dei. Putauimus itaque melius: et diximus. Extruamus nobis altare. non ad holocausta neque ad uictimas offerendas; sed in testimonium inter nos et uos. et sobolem nostram ueramque progeniem. ut seruiamus domino. et uiris nostri sit offerre holocausta et uictimas et pacificas hostias: et nequaquam dicant cras filii uiri filii nostri. non est uobis pars in domino. Quod si uoluerint dicere: respondebunt eis. Ecce altare domini quod fecerunt patres nostri. non in holocausta neque in sacrificium: sed in testimonium uirum ac nostrum. Absit a nobis hoc scelus; ut recedamus a domino. et eius uestigia relinquamus. extructo altari ad holocausta et sacrificia et uictimas offerendas.

Quibus auditis. phinees sacerdos et principes legationis israel qui erant cum eo placati sunt: et uerba filiorum ruben et gad et dimidie tribus manasse libentissime suscepunt. Dixitque phinees filius eleazari sacerdotis ad eos. Nunc scimus quod nobiscum sit dominus; quoniam alieni estis a puaricatione hac: et liberastis filios israel de manu domini. Reuersusque est cum principibus a filiis ruben et gad de terra galaad finem chanaan. ad filios israel: et retulit eis. Placuitque sermo cunctis audientibus. Et laudauerunt dominum filii israel: et nequaquam ultra dixerunt ut ascenderet contra eos atque pugnarent. et deleerent terram possessionis eorum. Uocaueruntque filii ruben et filii gad altare quod extruxerant. testimonium nostrum quod dominus ipse sit deus.

XXIII
Quolito autem multo tempore postquam pacem dominus dederat israeli. subiectis in gyro nationibus uniuersis. et iosue iam longum et senilis etatis; uocauit iosue omnem israel maioresque natu et principes ac duces et magistratos: dixitque ad eos. Ego senex et progressioris etatis sum. Vosque cernitis omnia que fecit dominus deus uir cunctis per circuitum nationibus: quomodo pro uobis ipse pugnauerit. Et nunc quia forte diuisit uobis omnem terram

ab orientali parte iordanis usque ad mare magnū. multęq; adhuc sup̄ sunt nationes; dñs deus ur̄ dispdat eas. et auferet a facie uestra: et possidebitis terrā sicut uobis pollicitus ē. Tantum cōfortamini. et estote solliciti. ut custodiatis cuncta que scripta sunt in uolumine legis moysi. et nō declinetis ab eis nec ad dexteram nec ad sinistrā; ne postq̄m intraueritis ad gentes que inter uos future sunt. iuretis in nomine deor̄ eay. et seruiatis. et adoretis illos: sed adheratis dño deo ur̄o. qđ fecistis usq; in diem hanc. Et tūc auferet dñs d̄s in conspectu ur̄o gentes magnas et robustissimas: et nullus uobis resistere poterit. Nuis ex uobis p̄sequetur hostium mille uiros; quia dñs d̄s ur̄ pro uobis ip̄e pugnabit: sicut pollicitus est. Hoc tantū diligentiſſime p̄cauete: ut diligatis dñm dñm ur̄m. Qđ si uolueritis har̄ gentiū que inter uos habitant errorib; adherere. et cū eis miscere connubia atq; amicitias copulare; iam tunc scitote qđ dñs d̄s ur̄ nō eas deleat ante faciem ur̄am. sed uobis erunt ī foueam ac laqueū et offendiculi ex latere ur̄o. et fides in oculis ur̄is: donec uos auferat atq; dispdat de terra hac optima qm̄ tradidit uobis. En ego ingredior hodie uiam uniuerse terre; et

toto aīo cognoscetis qđ de omnib; uerbis que se dñs prestaturū uob ēē pollicitus ē: unum nō p̄terit in cassum. Sicut ergo impleuit opere qđ promisit. et p̄spera cuncta uenerunt; sic adducet sup̄ uos quicqđ malor̄ cōminatus ē. don̄ uos auferat atq; dispdat de terra hac optima quā tradidit uobis: eo qđ p̄tereritis pactum dñi dei ur̄i quod pepigit uobiscū. et seruiueritis dys alienis et adoraueritis eos. Cito atq; uelociter consurget in uos furor dñi: et auferemini de terra hac optima quam tradidit uobis. **XXIII**

Congregauitq; ioseph omnes tribus isrl̄ in sychem: et uocauit maiores natu ac principes. et iudices ac magistros. Steteruntq; in conspectu dñi. Et ad ppl̄m sic locutus ē. Hec dicit dñs d̄s isrl̄. Trans fluuū habitauerunt patres ur̄i ab initio. thare pater abrahā et nachor: seruiueruntq; dys alienis. Tuli ḡ patrē ur̄m abrahā de mesopotamie finib;: et adduxi eum in t̄ra chanaan. Multiplicauitq; semen ei: et dedi ei ysaac. Illiq; rurſū dedi iacob et esau. Equib; esau dedi montē seir ad possidendū. iacob uero et filij eius descenderunt in egiptum. Misitq; moysen et aaron. et percussit egiptū multis signis atq; portentis. eduxiq; uos et patres ur̄os de egipto. Et uenistis ad mare. Persecutiq; sunt

egypti patres uros cum curribus et equitatu: usque ad mare rubrum. Clamauerunt autem ad dominum filii israel. Qui posuit tenebras inter uos et egyptios: et adduxit super eos mare: et operuit illos. Viderunt oculi uestrum cuncta que in egipto fecerim. Et habitastis in solitudine multo tempore. Et introduxi uos in terram amorrhæi: qui habitabat trans iordanem. Cumque pugnaret contra uos. tradidi eos in manus uestras: et possedistis terram eorum: atque interfecistis illos. Surrexit autem balach filius sephor rex moab: et pugnavit contra israhel. Misitque et uocauit balaam filium beor ut malediceret uobis: et ego nolui audire eum: sed econtra uo pro illum benedixi uobis: et liberaui uos de manu eius. Transististisque iordanem: et uenistis iericho. Pugnaveruntque contra uos uiri ciuitatis eius. amorrhæus et pherezeus: et chanaanæus et etheus. et gergesæus et eueus et rebuseus: et tradidi illos in manus uestras. Misitque ante uos crabrones. et eiecit eos de locis suis. duos reges amorrhæorum: non in gladio et in arcu tuo. Deditque uobis terram in qua non laborastis. et urbes quas non edificastis. ut habitaretis in eis: ut neas et oliueta que non plantastis. Hunc ergo timeat dominum: et seruite ei perfecto corde atque uerissimo: et auferte deos quibus seruerunt patres uestrum in mesopotamia et in egipto: ac seruite domino. Sin autem malum

uobis uideretur ut seruiatis domino: optio uobis datur. Eligite uobis hodie quod placet. cui potissimum seruire debeatis: utrum diis quibus seruerunt patres uestrum in mesopotamia. an diis amorrhæorum in quorum terra habitatis. Ego autem et domus mea: seruiemus domino. Responditque populus: et ait. Absit a nobis ut relinquamus dominum: et seruiamus diis alienis. Dominus deus noster ipse eduxit nos et patres nostros de terra egipti de domo seruitutis: fecitque nobis uidentibus signa ingenia: et custodiuit nos in omni uia per quam ambulauimus. et in cunctis populis per quos transiuimus. Et eiecit uniuersas gentes: amorrhæum habitatore terre quam nos intrauimus. Seruiemus igitur domino: quia ipse est deus noster. Dixitque iosue ad populum. Non poteritis seruire domino. Dominus enim sceleris et fortis emulatores est: nec ignoscet sceleribus uestris atque peccatis. Si dimiseritis dominum et serueritis diis alienis: commitet se. et affliget uos atque subuertet. postquam uobis prosperiter bona. Dixitque populus ad iosue. Nequaquam ita ut loqueris erit: sed domino seruiemus. Et iosue ad populum. Testes inquit uos estis. quia ipsi elegeritis uobis dominum: ut seruiatis ei. Responderuntque. Testes. Hunc ergo ait auferte deos alienos de medio uestrum: et inclinate corda uestra ad dominum deum israhel. Dixitque populus ad iosue. Domino deo nostro seruiemus.

et obedientes erimus p̄ceptis ei.
 Percussit igitur iosue in die illo
 fedus: et proposuit p̄plo p̄cepta
 atq; iudicia in sychem. Scripsit
 q; omnia uerba hec: in uolumi
 ne legis dei. Et tulit lapidem p̄
 grandem. posuitq; eum subter
 quercū que erat in scuario dñi:
 et dixit ad omnē poplū. En la
 pis iste erit uobis in testimōi
 um qd̄ audieritis omnia ūba
 dñi que locutus est uobis: ne
 forte postea negare uelitis. et
 mentiri dño deo ūro. Dimisitq;
 poplū: singulos in possessionē
 suam. Et post hec mortuus est
 iosue filius nūn seruus dñi. cen
 tum decem annor. Sepelierūtq;
 eum in finib; possessionis sue
 in thaphnathsare que sita ē in
 monte effraym. a septentrionali
 plaga montis gaas. Seruiuitq;
 isrl̄ dño cunctis dieb; iosue. ⁊ se
 nior qui longo uixerunt tempe
 post iosue: et qui nouerant om
 nia opera dñi que fecerat in isrl̄.
 Ossa quoq; ioseph que tulerant
 filij isrl̄ de egypto. sepelierūt in
 sychem in parte agri que eme
 rat iacob a filijs emor patris sy
 chem. centum nouellis ouib;:
 et fuit in possessione filiorū io
 seph. Eleazar quoq; filius aa
 ron mortuus ē: et sepelierunt e
 um ī gabaath. phinees et filij ei.
 que data ē ei in monte effraym.
Explicit liber iosue. Incipit liber
iudicum.

Post mortē iosue:
 consuluerūt filij
 isrl̄ dñm. dicentes.
 Quis ascendet
 ante nos contra
 chananeū. et erit
 dux belli. Dixitq; dñs. Judas as
 cendet. Ecce tradidi terram: in
 manus eius. Et ait iudas. Syme
 onī frī suo. Ascende mecū ī sorte
 mea. et pugna contra chanane
 um: ut et ego p̄gam tecum in
 sorte tua. Et abiit cū eo symeon.
 Ascenditq; iudas: et tradidit
 dñs chananeū. et pherezeū ī
 manus eor: et percusserunt in be
 zech. decem milia uiroz. Inuene
 runtq; adonibezech in bezech. et
 pugnauerunt contra eum: ac p̄
 cusserunt chananeū et pherezeū.
 fugit aut adonibezech. Quem
 secuti comprehenderunt: celsis sū
 mitatib; manuū eius ac pedum.
 Dixitq; adonibezech. Septua
 ginta reges amputatis manuū
 ac pedum sūmitatib;: collige
 bant sub mensa mea cibor reli
 quias. Sicut feci: ita reddidit
 michi dñs. Adduxeruntq; eum in
 iherlm: et ibi mortuus est. Op
 pugnautes ergo filij uida ierlm.
 cepunt eam: et percusserunt in
 ore gladij. tradentes cunctam
 incendio ciuitatem. Et postea
 descendentes pugnauerunt cō
 chananeū: qui habitabat in
 montanis. et ad meridiem in
 campesrib;: P̄gensq; iudas cō